



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vita S. Liborii Episcopi, Calcvlo Laborantivm Patroni**

**Bolland, Johannes**

**Antverpiae, 1648**

Capvt IX. S. Liborii corpus Paderbornam deportatum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9573**



Vodgoriacum, Geminiacum, Perniciacum (*melius*  
Peruiciacum) Aduacam Tungrorum, Corioual-  
lum, Iuliacum, Coloniam: *quorum locorum hac nunc*  
*nomina sunt, 4 Gallica, totidem Teutonica:* Bauay,  
Woudray, Gemblours, Pervvez; Tongeren, Alt-  
Falckenborg, Gulich, Colen.

## CAPVT IX.

S. LIBORII corpus Paderbornam  
deportatum.

*occurrunt  
cateruatim  
Vestphali:* 38. Igitur ingressi Saxoniam, præ nimia sibi  
obuiante turbâ vix gradum mouere po-  
terant. Totis tamen nisibus iter accelerantes,  
tandem die tertio, id est, quinto Kalendarum  
Iuniarum, quo tunc sacra Pentecostes solen-  
nitas agebatur, ad desideratam diu Pader-  
bornensem ecclesiam peruenerunt. A quâ  
cùm adhuc *tribus* distarent millibus, iuxta  
fluuium quemdam *a* Hedraha vocatum, ob  
immensam multitudinem, quæ vsque ad me-  
moratum locum sequi non poterat, in medio  
campo Missarum celebrauere solemnia. Quæ  
antequam finirentur, in eodem loco quin-  
que pariter homines à varijs debilitatibus li-  
berati, causam immensæ admirationis & læ-  
titiæ tantam Dei virtutem videnti populo præ-  
buere.

*infirmis.  
sanati:*

39. Insuper eadem horâ in sæpè memo-  
ratâ Paderbornensis monasterij ecclesiâ, cui  
talis gloriæ decus per tanta terrarum spatia  
affe-



afferebatur, contigit quoddam clarum valdè  
 7 miraculum, velut insigni præconio B. Liborij  
 aduentum annuntians. Nam puer quidam de *puero vocat*  
 9 eadem oriundus parochiâ, qui à die natiuita- *auditus* 77  
 10 tis suæ surdus erat & mutus, ibidem auditum *diuinitus* 77  
 11 pariter percipere meruit & loquelam. Age- *confertur*  
 12 bat hoc nimirum Diuina dispensatio, vt in  
 13 die aduentus ipsius tot signa coruscantia in-  
 14 dicio essent, eundem locum ad hoc fuisse  
 15 cælitus electum, vt tanti Confessoris corpore  
 illustraretur.

40. Quod cum innumeris vndique sti- *magnâ omni-*  
 16 patum turbis, monasterio paullatim appro- *nium ordi-*  
 17 pinquare cœpisset, Episcopus quidem nequi- *num accla-*  
 18 bat occurrere, (nam apud palatium tunc mo- *matione* 77  
 19 rabatur) sed tamen Clerus omnis cum vni- *pietate,*  
 20 uersis Ecclesiastici cultus ornamentis proces-  
 21 sit obuiam, sequente populo, qui vel de lon-  
 22 ginqvis venerat, vel ex eodem oppido & vi-  
 23 cinis locis illuc ad audienda Missarum solen-  
 24 nia in tantâ festiuitate fuerat congregatus.  
 25 Cumque sibi non paruo ab oppido interuallo  
 26 vterque populus, sequentium videlicet vene-  
 27 rabile corpus atque excipientium, obuiasset,  
 28 ij qui occurrerant, ter cuncti simul solo pro-  
 29 strati, summâ illud cum veneratione suscepe-  
 30 runt. Cumque Clerus in hymnis & confes-  
 31 sionibus Deum benediceret, & spiritualium  
 32 carminum melodiam, Sanctorum laudi con-  
 33 gruam, concineret, populus verò KYRIE  
 34 ELEISON ingeminaret, cum ineffabili iubi-  
 35 lo



*Psal. 83. 5.*

*defertur  
Paderbor-  
nam sacræ  
corpus:*

*72  
multa sunt  
miracula.*

*Epilogus  
Auctoris.*

lo erectis ad Deum mentibus singulorum, nihil eius laude dulcius videbatur: ita ut in huius vitæ exilio similitudinem quamdam beatitudinis, quæ in patriâ speratur, prægustasse viderentur, de quâ dicitur: Beati qui habitant in domo tuâ Domine: in secula seculorum laudabunt te. Quem illis tantum divinæ laudis amorem, eius meritis credimus inspiratum, in cuius tunc exequiarum honorem fuerant congregati: quoniam & ipsius sola in cælis beatitudo, vita & gloria, non nisi laus Dei est, in cuius caritate perfectâ ad tantum ipse sanctitatis culmen ascendit. Itaque cum sensim magis ac magis in altum sublatae populi voces attollerentur, etiam circumquaque gaudentium, psallentium, Deo gratias agentium & iubilantium, illi in voce exultationis per totam viciniam sonitus intonarent, cum tali honore sacratissimum corpus in ecclesiam delatum, & in loco, in quo hætenus requiescit, collocatum est. Vbi quantis postmodum miraculis effulserit, quanta sanitarum dona præstiterit, alibi dicenda reseruamus, hinc præsentis libello terminum imponentes.

41. Hæc denique secundum tuum, Præsul venerande, præceptum, nostrumque propositum, de ijs quæ in Translatione eius gesta sunt, non quidem ut voluimus, & tantæ rei conveniebat, sed ut potuimus, & scientia suppetebat, describere curauimus: non magni-  
pen-



pendentes in sermonum qualitate reprehendi, dum tantum integræ veritatis fide seruatâ diuinæ operationis insignia silentio tegi nequaquam permetteremus. Nostri enim propositi necessitas admonet, vt in huiusmodi operibus nobis iniunctis id omnimodis elaboremus, vt si nos imperitia facit ineloquentes, deuotio tamen ostendat obedientes. Nec infructuoso nos sudore laborasse confidimus, si alicuius lectoris hæc in manus sumere dignantis, vel cuiuscumque audientis animus in laudem largitoris tantarum virtutum fuerit excitatus. Meritò namque laudes illi & grates toto corde referimus, qui nos inter tot ærumnas seculi laborantes, tantorum Patronorum suffragijs tueri dignatur. Qui per visibiles corporum curationes ad internam nos animarum salutem quærendam pronocantes, spem tribuant per eorum exempla & intercessionem illuc perueniendi ex hac valle lacrymarum, vbi absterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum. Quò qui iam Sanctum suum Liborium feliciter perduxit, nos quoque licet indignos, eius interuentu, venire concedat, qui in Trinitate perfectâ vnus & verus viuit & gloriatur Deus per infinita secula seculorum, Amen.

a *Serena vocatur in minori historiâ. Videtur is esse fluuius, qui Salcottenâ defluit iuxta arcem & pagum Werne. Sanè Ioannes Gigas, siue Rise, in Prodromo Geographico, viam regiam à Rheno Paderbornam ita describit: Duisburgo, Broek, Mollem, Essendam, Boce.*



Boeckum, Tremoniam, Vnnam, Gesekenam, Saltkottenam, Paderbornam. *in quâ viâ is quem dixi fluuius occurrit, congruente dimensione, qua in historiâ assignatur. Neque nomen fluuij Serena, à Verne aut Werne, arcis ac pagi nomine multùm abludit. Verena fortassis, aut Werena, scriptum olim fuit.*

E I V S D E M  
T R A N S L A T I O N I S  
H I S T O R I A,

*Ex veteri Legendario Eccl. Cenoman.*

Baderadus 1.  
Ep. diuino  
monitu it  
Cenomanos,  
Reliquias  
petiturus,



Empore quo Cenomanica Ecclesia B. Aldrico Pontifice gloriabatur, & Gallia sub Ludouico Pio Rege & Imperatore florebat; Baderato venerabili Patroburnensi, Saxonix regionis, Episcopo, vnde a B. Aldricus oriundus erat, Diuinâ iniunctum est reuelatione, ad urbem Cenomanicam proficisci, sacrarum reliquiarum perdiuitem, & inde aliquê ibi quiescentium deferre Sanctorum, toti Saxonix, de nouo ad fidem Christi conuersæ, sacris meritis profuturum. Qui nihil cunctatus Diuinis obedire præceptis, adhibitis sibi reuerentioribus suæ Ecclesiæ personis, eò proficisci decreuit. Sed vt sacræ petitioni regia quoque sub-